

quam scilicet non vivisti quiescere septimo quoque anno juxta preceptum meum, et erit remissio illa in te; q. d., non erit spontanea, sed coacta: privaberis enim hereditate tua, et abduceris captivus (1).

VERS. 6. — **MTRICA**, vel, *juniperus*. Qui privatur gratia Dei, comparatur junipero in deserto sita. Et non videtur, etc., id est, non fructus imbre celestis. In SICCITATIBUS, in arboribus, id est, locis aridis. Desolata, deserta (2).

VERS. 8. — **PROHIBITIONIS** (3), vel, *privationis*, sub. inbrum quam sequitur fames. (Vid. supra, 14, 1.)

VERS. 9. — **SUPPLANTATIVUM**, vel, *fallax*, id est, nihil est quod magis imponere solet quam cor. Difficile quidem est dignoscere quis in Deo speret: at Deus quid sit in animo intuetur. PERVERSUM, praefractum, obstinatum.

VERS. 10. — **SCRUTANS**. (Vid. supra, 11, 20.)

VERS. 11. — **PERDIX**, etc. Perdix aliena ova surripit, et ea fovet; at viculæ redeunt ad matres priores: ita qui pecuniam comparant nescio quâ arte, eam tandem perdunt. (Id negat Bochartus de perdice et fateur de rusticulâ, gallinaginis specie in oriente notâ. *HIERO.*, p. 2, l. 1, c. 12. Veterim potius: Perdix *וַיִּפְּרֵץ* vid. Buxtorf. in Lexico Chald., et Job. 39, 14) ova sua (qui enim aliena coarcevit) et non parit, *וְיִפְּרֵץ* id est, sæpè fit ut pullis non sequatur, ovis à mare pruriente fractis, juxta Aristotel., *Hist.* 9, 8, et Plin. 9, 10, vel alius de causis quas legere est in Synopsi.) ET NON IN JUDICIO, Hebraismus, pro, *prætor æquum*.

VERS. 12. — Sic locus sanctificationi nostræ, sic locus sanctuarii nostri, sub. est sedes ejus. Uti, inquit, solum Dei gloriosi fuit à primordio mundi conditum, in cælo ipso; sic nunc in loco sanctuarii nostri locum habet, nempe per ostensionem gloriæ suæ. Ac si dicat: Cùm Deus habitet in templo nostro ut in cælo,

(1) **MALEDICTUS QUI CONFIDIT IN HOMINE**. Videtur abrupta esse sententia: sed considerandum est quæ tunc fuit Judæorum conditio, et quæ difficultates propheta sustinuit, et quam frangebant Judæis et promissiones et minæ, dùm fiderent Ægyptis, etc. Nec poterat propheta doctrinam suam aliter confirmare, nisi excuteret suis popularibus superbiam et fiduciam, etc. Hoc ergo consilio coactus fuit propheta sepius clamare: *Maledictus*, etc. Est tamen generalis doctrina: nam hodiè quoque sumimus sententias universales, quas accommodare oportet in privato usum. Alii: Haec tendit idololatriam rearguit; hic fiduciam in hominibus. ET PONIT CARNEM, id est, hominem, quem carnem vocat per contemptum, ut *Isa.* 51, 5, hominem mortalem, omnibus casibus obnoxium: ut sciam sciam, id est, potentiam, vel protectorem: et illo, quasi brachio, seductur, suaque promoveat; cubandi semper relicto et spreto Deo. Talis enim Deo est maxime injurius, negans ejus providentiam, potentiam, bonitatem, sapientiam; quasi Deus vel nollet, vel non posset, vel non sciret, optulari. (Synopsis.)

(2) ET ERIT DOMINUS. Et cujus fiducia Dominus est. (Maldonatus.)

(3) QUASI LIGNUM QUOD TRANSPLANTATUR SUPER AQUAS. Justum hominem uni Deo credentem opponit homini, qui fiduciam omnem in homine collocat. Hic similis tyricus est, in nitrosis Arabiæ desertis, in tescuis nate; ille arbori optime, in solo eximio et ad aquas satæ. Eandem sententiam fert Psalmus 1, 3, et Pindarus in Odis. (Calmet.)

qui fit ergo ut quis audeat dicere illum aut non videre, aut non curare quæ in mundo patrantur?

VERS. 15. — **RECEDENTES A ME**, *וַיִּפְּרֵץ* et *apostate mei*, id est, qui defecerint à Deo quem colo. Legi potest, construct. pro absoluto, *apostate*, id est, qui recesserint à te, in terrâ scilicet, et non in cælo, id est, delebantur nomina eorum de libro vite. (Vid. Ps. 69, 29.) Pii dicuntur esse *scripti in cælo*, ut ejus futuri hæredes; impii autem in terrâ (id est, Levi palvere, Grotius); quia peribit eorum nomen (vel terram accipe pro plebe terræ, juxta 2 Reg., 25, 16, Clericus).

VERS. 14. — **LAUS MEA TU ES** (1), id est, in quo et de quo gloriaris soleo.

VERS. 15. — **VERBUM DOMINI** (2)? sub. *quod prædixisti*.

VERS. 16. — **NON ELONGAVI MEIPSUM**, *וְעַתָּה נָא* (ad verbum *non festinavi*, vid. Jos. 10, 15, id est, non me festinanter subdixi à pastore, id est, non essem pastor, vid. 1 Sam., 15, 26, q. d.: quantum ad me, non recessivi minus propheticum. Sed nec complementum meorum prophetarum desideravi ut verâ deprehenderem. vel verte): *non fui sollicitus (ad verbum arcus) ut essem pastor post te: et diem duram non conceptivi*, ta

(1) **SANA ME, DOMINE**, non à peccato, ut S. Thom., sed à calumniâ, quæ dicunt meas minas esse mendaciâ, ab opprobriis et insidiis; ita Raban., Hugo, Theodor. et patet ex seq. Ac consequenter ab animi dolore, et consequenter ab omnibus corporis malis et ærumnis sana me. Sæpè enim ægritudo et sanitas corporis pendet ab ægritudine et sanitate mentis.

ET SANABO, q. d.: Nec Ægyptii, nec alii homines possunt me sanare aut salvare; tu solus potes. Sic hæmorrhoidis nulli medici sanare poterunt, sed solus Christus, Lucæ 8, 45, ait S. Hier.

QUONIAM LAUS MEA TU ES. 1° Pro Leui Septuag. vertunt, *glorioso*, id est, objectum laudis et gloriationis, q. d.: Tu es, Domine, in quo et de quo gloriaris soleo, esto rideant et subsannent me Judæi, quod scilicet sim minister et propheta veri Dei, quem ipsi idolis adherentes despiciunt; vide can. 58.

2° Profundius Sanchez, q. d.: Si quid ab hominibus habueris, illud mihi neque firmamento esse existimabo, neque laudi; cùm neque magnum sit, neque solidum et dururum esse possit: at quod abs te habueris, illud mihi gloriosum erit, neque veri laudabilem faciet, quia verum est et stabile bonum. Laus ergo, id est, laudabilis planè, erit sanitas, quam à te accepero, non ea quam ab homine.

Præclare quoad mores S. Hieron. Eustochium instruens, epist. 22, *Illud*, ait, *tibi vitandum est cautius, ne inanis gloriæ ardore captaris. Quomodo*, inquit *Jesus*, *potestis credere quæ gloriam ab invicem accipitis? Vide quale malum sit, quod quæ habueris, non potest credere. Nos vero dicimus: Quoniam glorioso mea tu es. Et: Qui gloriaris, in Domino glorietur. Et si odium hominibus placerem, Christi servus non essem. Et: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Et illud: In te laudabimur totâ die: In Domino laudabitur anima mea. Cum facis elemosynam, solus Deus videat, cùm jejunas, laeta sit facies tua. Vestis nec satis munda, nec sordida, et nullâ diversitate notabilis; ne ad te obviam prætereuntium turba consistat, et digito monstreris.* (Corn. à Lap.)

(2) **ECCE... DICUNT AD ME: UBI EST VERBUM DOMINI?** VENIAT. Superbia Judæorum oratio, Dei patientiæ tardius parentis, minarumque prophetarum executionem non statim preferentis, quodammodo insultantem. Similis huic arrogantia apud alios Prophetas legitur. (Calmet.)

nôsti, etc. Quamvis, inquit, Judæi lacerent provinciam meam, tu tamen nôsti quod non invaserim illam, et quod non intrusim in eam; sed essem propheta; tempus illud calamitosum quo populus meus affligendus est, videre non opto: quamvis eo tempore futurum sit noissimum me esse prophetam. *Post te*, inquit, id est, ut essem propheta tuus, Prophetae sunt secundi à Deo pastores. QUON EXIIT, etc., id est, quod prædixi, te inspirante prædixi (1).

VERS. 18. — **ET DUPLICI**. Doctus inter Hebræos exponit, *secundâ et repetitâ* contritione, id est, multiplici. (Vid. *Isai.* 61, 7, et Ps. 5, 11.)

VERS. 19. — **FILIOREM POPULI**, id est, in quâ frequenter versantur cives Jerusalem, vel, sta in portâ Jerusalem frequentissimâ, nimirum in eâ ad quam præcipuè convenire solent cives Jerusalem juris causâ. Sic describit portam regiam, primariam, et præcipuam (2).

VERS. 21. — **PROPTER ANIMAS VESTRAS**, Hebr., *in animabus vestris*. Gallicè dicimus: *Gardez-vous bien sur votre vie de, etc.* ET NE FORGETIS, (id est: Neque ipsi merces inferre, neque ab aliis in urbem inferri sinite,

(1) **NON SIS TU MIHI FORMIDINI**, id est, exitio: vel, *terrâ*, id est, causa pavoris, ut scilicet destitueris constantiâ, et causam tuam agam attonitus, et ita sin expositus omnium ludibriis. Deum citavit testem integritatis suæ; precatur ut sentiat eum patronum et defensorem; ut securus consistat inter media hostium tela; q. d.: Tu solus fram metuo, etc. (Synopsis.)

(2) **ADITUS REGES**, etc. Incipit à rego, qui hanc licentiam respirare debebat, præsertim in re tam facili et aperta. (Calvinus.)

CAPUT XVIII.

4. Verbum quod factum est ad Jeremiam à Domino, dicens:

2. Surge, et descende in domum figuli, et ibi audies verba mea.

5. Et descendi in domum figuli, et ecce ipse faciebat opus super rotam.

4. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat à luto manibus suis; conversurus fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus ut faceret.

5. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

6. Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel? ait Dominus: ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu meâ, domus Israel.

7. Repente loquar adversum gentem et adversum regnum, ut eradicem, et destruaum, et disperdam illud.

8. Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam: agam et ego penitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei.

9. Et subito loquar de gente et de regno, ut ædificem et plantem illud.

10. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: penitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei.

11. Nunc ergo die viro Juda, et habitatoribus Jerusalem, dicens: Hec dicit Dominus: Ecce ego fingo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem;

die sabbati, Grotius.) sub. *extra urbem*. DIE SABBATI. Increpat Judæos quod sabbatum non servarent: qui enim sabbatum non servabant, præterquam quod legem violabant, videbantur iudicari Deum conditorem esse cæli et terræ: cùm tamen hujus contemplationis causâ sabbatum in primis videatur institutum. Sic si quis hodiè diem Dominicum celebrare recusat, videretur negare Christum resurrexisse, in ejus memoriam constitutus est. (Vid. 2 Esd. 13, 18.) **NEC INFERATIS**, ad verbum et *inferetis*, sub. *onera*, id est, ut *inferatis*. (Vid. Lament. 1, 21.) (1)

VERS. 25. — **DAVID**, q. d., tunc hæc urbs habebit reges de sanguine Davidis, hoc est, non alienigenas, sed Judæos, qui in eâ liberè versabuntur. **EQUITANTES**, vel, *recti*. (Scilicet magnificè, Grot.)

VERS. 26. — **VENIENT** (tutò scilicet, et nemine impediante, Grot.) **ET DE MONTE**, pro *de montibus*, id est, regione montanâ, q. d., ex omni parte. (Vid. Jud. 1, 9.) **CONFESSIOEM** (id est, victimam gratiarum actionis. Vid. Levit. 7, 12).

(1) Hebr.: *Et ne offeratis onera*, sordes putâ. Sub una specie comprehendit omnia terrena negotia, etc. Sed cur Deus tantoperè insistit in re levis momenti, quale erat uno die quiescere? Resp. 1° Quia hinc detegitur crassa populi impietas, quod in re tam facili Deum contempserit, et jugum Dei palam excuterent. 2° Non dicimus sabbatum esse levem ceremoniam, si illud æstimemus à fine, nempe, ut hoc esset illius symbolum sanctificationis, etc. (Calvinus.)

VERS. 24. **SI NON INFERATIS ONERA**, etc. Synedochice; id est, si et legem de sabbato, et alias leges meas, observaveritis. (Grotius.)

CHAPITRE XVIII.

1. Le Seigneur parla à Jérémie, disant :

2. Allez, et descendez dans la maison d'un potier; et là vous entendrez ce que j'ai à vous dire.

5. Et j'allai dans la maison d'un potier; et je le trouvai qui travaillait sur sa roue.

4. En même temps le vase qu'il faisait de terre d'argile avec ses mains se rompit; et aussitôt il en fit un autre vase, de la manière qu'il lui plut.

5. Le Seigneur me dit ensuite :

6. Maison d'Israël, dit le Seigneur, je pourrais-je donc pas faire de vous ce que le potier fait de son argile? car, comme l'argile est dans la main du potier, ainsi vous êtes dans ma main, maison d'Israël.

7. Quand j'aurai prononcé l'arrêt contre un peuple ou contre un royaume, pour le perdre et pour le détruire jusqu'à la racine;

8. Si cette nation fait pénitence des maux pour lesquels je l'avis menacé, je me repentirai aussi moi-même du mal que j'avis résolu de lui faire.

9. Quand je me serai déclaré en faveur d'une nation ou d'un royaume, pour l'établir ou pour l'affermir;

10. Si ce royaume ou cette nation pèche devant mes yeux, et qu'elle n'écoute point ma voix, je me repentirai aussi du bien que j'avis résolu de lui faire.

11. Dites donc maintenant aux habitants de Juda et de Jérusalem: Voici ce que dit le Seigneur: Je vous prépare plusieurs maux, je forme contre vous des pensées. Que chacun quitte sa mauvaise vie; fai-

revertatur unusquisque à viâ suâ malâ, et dirigite vias vestras et studia vestra.

12. Qui dixerunt: Desperavimus: post cogitationes enim nostras habuimus, et unusquisque pravitatem cordis sui mali facimus.

15. Ideò hæc dicit Dominus: Interrogate gentes: Quis audivit talia horribilia quæ fecit nimis virgo Israel?

14. Numquid deficiet de petrà agri nix Libani? aut evelli possunt aquæ erumpentes frigida, et defluentes?

15. Quia oblitus est mei populus meus, frustra liabantes, et impingentes in viis suis, in semitis seculi ut ambularent per eas in itinere non trito:

16. Ut fieret terra eorum in desolationem, et in sibilum sempternum: omnis qui præterierit per eam, obspesceat, et movebit caput suum.

17. Sicut ventus urens dispergam eos coram inimico: dorsum, et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

18. Et dixerunt: Venite, et cogitemus contra Jeremiam cogitationes: non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta: venite, et percutiamus eum lingua, et non attendamus ad universos sermones ejus.

19. Attende, Domine, ad me, et audi vocem adversarii meorum.

20. Numquid redditor pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et averterem indignationem tuam ab eis.

21. Propterea da filios eorum in famem, et deduc eos in manus gladii: fiant uxores eorum absque liberis, et viduæ: et viri eorum interficiantur morte: juvenes eorum confodiantur gladio in prælio:

22. Audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos latronem repente, quia foderunt foveam ut caperent me, et laqueos absconderunt pedibus meis.

25. Tu autem, Domine, scis omne consilium eorum adversum me in mortem: ne propitius iniquitati eorum, et peccatum eorum à facie tuâ non deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verbum, quod fuit ad Irmeiahua à Domino, ut diceret: — 2. Surge, et descende in domum figuli, et ibi, audire faciam te verba mea. — 5. Et descendit in domum figuli, et ecce faciebat opus super rotam. — 4. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat ex luto in manu figuli: et conversus est et fecit illud vas alterum, quemadmodum rectum visum est in oculis figuli ut faceret. — 5. Et fuit verbum Domini ad me, dicendo: — 6. Numquid sicut figulus iste, non potero facere vobis, domus Israel, ait Dominus? Ece sicut est lutum in manu figuli, sic estis in manu meâ, domus Israel. — 7. Repente loquar adversus gentem, et adversus regnum, ut evellam, et confringam, et perdam. — 8. Et convertetur gens ipsa à malo suo, contra quod loentus sum: et penitebit me super malo, quod cogitavi facere ei. — 9. Et repente loquar adversus gentem et adversus regnum, ut reddificem et plantem. — 10. Et faciet malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: et penitebit me super bono, quod dixi ut beneficerem ei. — 11. Et nunc dic queso viro lechadai, et habitatoribus Jerusalem, dicendo: Sic dixit Dominus: Ece fringo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem: revertimini nunc unusquisque à viâ suâ malâ, et bonas facite vias vestras et opera vestra. — 12. Et dixerunt: Desperatum est: sed post cogitationes nostras habuimus, et unusquisque cogitationem cordis sui mali facimus. — 15. Ideò sic dixit Dominus: Interrogate similia rem fedam fecit nimis virum

tes que vos voies soient droites et vos œuvres justes; 12. Mais ils m'ont répondu: Nous avons perdu toute espérance; nous nous abandonnerons à nos pensées, et chacun de nous suivra la dépravation de son cœur.

15. Voici donc ce que dit le Seigneur: Interrogez les nations; qui à jamais ont parlé d'œuvres aussi horribles que sont ceux qu'a commis la vierge d'Israël!

14. Le netre du Liban peut-elle cesser jamais de couvrir la pointe des rochers? peut-on faire tirer une source dont les eaux vives et fraîches coulent sur la terre?

15. Mais mon peuple m'a oublié, en faisant de vains sacrifices, en se hâtant lui-même dans ses propres voies et dans les sentiers du siècle, et y marchant par un chemin qui n'était point battu.

16. Pour attirer la désolation sur leur terre, et pour l'exposer à un opprobre éternel. Quiconque y passera sera dans l'étonnement, et témoignera sa surprise par le mouvement de la tête.

17. Je serai comme un vent brûlant, qui les dispersera devant leurs ennemis; je leur tournerai le dos, et non le visage, au jour de leur affliction.

18. Et ils ont dit: Venez, formons des desseins contre Jérémie. Car nous ne laisserons pas de trouver, sans lui, des prêtres qui nous instruisent de la loi, des sages qui nous fassent part de leurs conseils, et des prophètes qui nous annoncent la parole du Seigneur. Venez donc, et perçons-le avec les traits de nos langues, et n'ayons aucun égard à tous ses discours.

19. Seigneur, jetez les yeux sur moi, et faites attention aux paroles de mes adversaires.

20. Est-ce ainsi qu'on rend le mal pour le bien, et que ces personnes dressent une fosse pour m'y faire tomber? Souvenez-vous que je me suis présenté devant vous pour vous prier de leur faire grâce et pour détourner votre indignation de dessus eux.

21. C'est pourquoi abandonnez leurs enfants à la famine, et faites-les passer par le fil de l'épée; que leurs femmes perdent leurs enfants, et qu'elles deviennent veuves; que leurs maris soient mis à mort; que ceux qui sont jeunes parmi eux soient percés de coups dans le combat;

22. Et que leurs maisons retentissent de cris et de plaintes; car vous ferez fondre tout d'un coup et de eux le brigand, parce qu'ils ont creusé une fosse pour m'y faire tomber et qu'ils ont caché des filets sous mes pieds.

25. Vous donc, Seigneur, qui connaissez tous les desseins de mort qu'ils ont formés contre moi, ne leur pardonnez point leur iniquité, et que leur péché ne s'efface jamais de devant vos yeux; qu'ils tombent tout d'un coup en votre présence; et traitez-les selon votre sévérité, au temps de votre fureur.

Israel? — 14. Numquid relinquet homo exeatem de petrà agri nivem Lebanon? num relinquentur aquæ venientes à loco alieno frigida, defluentes? — 15. Quia oblitus est mei populus meus, frustra adolebant, et impingere fecerunt eos falsi propheta in viis eorum, ut relinquant semitas longi temporis, ut ambulent per semitas viæ non calcate. — 16. Et ponat terram eorum in admirationem, sibilisque longi temporis: omnis qui transierit juxta eam admirabitur, et movebit caput suum. — 17. Sicut ventus orientalis dispergam eos coram inimico: cervicem, et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum. — 18. Et dixerunt: Venite, et cogitemus contra Irmeiahua malas cogitationes: non enim peribit lex à sacerdote, et consilium à sapiente, et verbum à propheta: venite, et percutiamus eum lingua, et ne attendamus ad universa verba ejus. — 19. Attende, Domine, ad me, et audi vocem litigantium mecum. — 20. Numquid redditor pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et averterem iram tuam ab eis. — 21. Propterea da filios eorum in famem, et fluere fac eos per manus gladii: et sint uxores eorum orbatæ, et viduæ: et viri eorum sint occisi morte: juvenes eorum percussi gladio in prælio. — 22. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos exercitum repente: quia foderunt foveam ut caperent me, et laqueos absconderunt pedibus meis. — 25. Tu autem, Domine, nosti omne consilium eorum adversum me in mortem: ne expies iniquitatem eorum, et peccatum eorum à facie tuâ ne deleas: et sint impingentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui fac cum eis.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 4. — CONVERSUS EST ET FECIT. (Id est iterum elaboravit. Vid. Ps. 71, 20.)

VERS. 6. — SICUT EST (2), etc., ut scilicet faciat ex

(1) DESCENDE IN DOMUM FIGULI. Descende, ex templo scilicet: nam sub templum erant figulina. (Grotius.)

(2) ECCE, SICUT LUTUM IN MANU FIGULI, SIC VOS IN MANU MEA, q. d.: Sicut vas luteum est in manu figuli, ut illud frangat, et ex eo faciat aliud vas, vel prius renovet: sic et ego vos, ô Judæi, à me destinatos exicio, si penitueritis, reformabo, mutabo sententiam, et calamitatem vestram in felicitatem convertam: ut ex vasis conutellæ, id est, ingloris et infelicibus, fiat vasa in honorem, id est, honorifica et felicia: ita Theodor. Paulò aliter explicat lingo, q. d.: Sicut figulus vas fractum renovat; ita ego vos à captivitate, quasi fractos reducam, et renovabo rempublicam vestram, si resipueritis. Deus enim mutabit sententiam, si vos mutetis mentem.

Nota. Hæc comparatio non per omnia est similis: nam lutum non habet mentem, nec liberum arbitrium, ut habet homo: ac proinde non in luti, sed in hominis manu est virtus et vitium; salus et damnatio ejus, ita tamen, ut virtutis et salutis ejus magis causa sit Deus per gratiam suam, quam homo. Similitudo ergo est tantum in eo quod dixi. Non enim agitur hic de animo, sed de corpore; scilicet de captivitate et libertate, de rebus adversis et prosperis, de morte et vitâ, q. d.: Ego solus possum vos de captivitate liberare, et in captivitatem tradere; ego possum mortificare, et vivificare; deducere ad inferos, et reducere, 1 Reg. 2, 6.

Tropolog., 1^o lutum est homo, quia ex limo est factum, ut cum timore et humilitate Deo se subdat; in ejus manu est status nostræ, vita, gressus, virtus, salus, et omne bonum nostrum, ut ab eo pendeat, illique se restituat, cujus manu et potestatem effugere non potest.

2^o Sicut lutum tantum est lutum, sed ex manu figuli hæc vel illam formam sortitur: ita homo ex se impotens est, infortis et rudis iustar materiam primæ; sed à Deo habet quod sit dives, nobilis, sapiens, felix, gratusus: et Deus dividit hæc sua dona cuicunque, prout vult. Eccl. 2, 10; Roman. 9, 21. Vide ibi dicta.

3^o Quisque suâ sorte contentus esse debet: sicut enim lutum non potest decere figulo: Cur me fecisti sic? sic nec nos Deo: Cur nos fecisti pauperes, ignobiles, rudes; illos vero divites, nobiles, ingeniosos, etc.? Denique, perfecti et Levati sunt, qui se totos Deo resignant, et ab eo instar luti se leccant, regi, lingu et reliquis siliant.

Anagor. hoc symbolo in, nificatur mors et resurre-

eo quod velit (1).

VERS. 9. — REPENTE, etc., (statim ac locutus fuero de gente... et fecerit malum, etc.)

VERS. 10. — UT NON ADIAT, etc., vel, non obediendo voci meæ.

VERS. 11. — FINGO. Alludit ad figulum. BONAS FACITE, vel, emendate vestram vivendi rationem.

VERS. 12. — DESPERATUM EST. Desperatio affectum est, sub. cor nostrum; fastidio et contemptu affectum est cor nostrum. Verbum Hebraicum completiur fastidium, contemptum et negligentiam, Gallicè, nonchalance et mépris. Animus noster abiecit spem in Deum. Vide Isaiam 57, 10 et supra 2, 23.

VERS. 14. — ALIENO (id est, aquæ ductæ canalibus, q. d., optimæ aquæ; non deducunt enim nisi tales. Et si veritas exundans, ut Clericus post Hieronymum, idem valet. Sensus est: Nemo in callidis regionibus abiecit aquas optimas, sive canalibus deductas, ut modo, sive naturales (id significat nix Libani de rupe manans) sive per montium rimas percolatas, ut exponit Vatablus, Nimrium è rimis ac vallibus Libani, fluvii ad mare pulchri gelidissimi decurrunt, cum recens nix dissoluta, fluxus currentium aquarum, crystalli instar, efficiat; inquit Joan. Phocas, in itineraio ab Antiochiâ Jerusalem usque, ab Allatio edito, § 4), vel ut alii: Numquid deserit aliquis aquam manantem de petrà agri, id est, sibi proximam, ut scilicet aliò ac longius se conferat, ut bibat nivem

ctio, ait S. Hilar., in psalm. 2, 9. Deus enim quasi figulus vas corporis nostri in morte collapsum et diffractum, in resurrectione refigit. Sic et Cyprian., vel potius Rufinus in expositione Symboli, hæc accipit de resurrectione Christi mortui. (Corn. à Lap.)

(4) SI PENITENTIAM ERERIT GENS HÆC... AGAM ET EGO PENITENTIAM, etc. Libera hominis voluntas decretis Dei minime cogitur, et liberum illius arbitrium his minime vitatur; si enim, penitentiam amplexi, convertamur, illius minas avertere, atque ab ipsis manu fulmina removere possumus. Absit vero credamus, converti ad Deum hominem posse, illius gratiâ penitus destitutum: Nec statim crit hominis quod eveniet, sed ejus gratiâ qui cuncta largitus est. Ita enim libertas arbitrii reservanda est ut in omnibus excellat gratia largitoris, inquit S. Hieronymus. (Calmet.)

Libam, sive aquam proveniente à nive montis Libani (non dùm scilicet percolatam?), q. d., non. Nam is esset demeritissimus, qui cum fontem habeat optimum apud se, alio se conferret ad aquas fœdæ et fœcidias quærendas in suos usus.

VERS. 15.—*Quia*. (Et tamen, etc.) LONGI TEMPORIS (1), ad verbum, *seculi*, hoc est antiquas, sive majorum suorum fidelium et piorum, ut relicta viâ regiâ, irent per vias novas et non tritas.

VERS. 16.—*Ponant*, vel *reddent*. IN ADMIRATIONEM, stuporem vel in *deolationem*. Vide eadem infra 25, 9. *Sibilosque* (2), etc. Ad verbum, *sibilos seculi*, id est, duraturos per longum tempus. (Vid. Job. 27, 23, et Lament. 2, 15.)

VERS. 17.—*Sicut ventus orientalis*. De orientali vento restivali, qui proximus est septentrioni intelligit. Ut ventus orientalis vehementissimus in Judæâ dispergere solet nubes, ita dispergam et dissipabo Judæos, instante hoste Chaldeo. *Vento* Deus comparatur; populus, *nitibus*. (Vid. Ps. 48, 8.) *Cervicem*, etc., ad verbum *cervicem*, et non *faciem* aspiciamus eos in die calamitatis eorum; hoc est, obvertam illis dorsum, et non faciem, q. d., non libero eos. (Vid. Ps. 10, 4, et 55, 2.)

VERS. 18.—*Non enim peribit*, id est: Ut sacerdo-

(1) *IMPINGENTIS IN VIIS SUIS, IN SEMITIS SEculi*, id est, que sunt viæ antiquæ: quasi dicat, aberrantes à viis antiquis patrum suorum, et incidentes per vias novas, que nondum trite sunt. *Qui relinquunt iter rectum, et ambulavit per vias tenebrosas*. Prov. 2, 15. Hebraei activè legunt et impingere eos faciunt (sub. falsi propheta) *ut ambularent per eas* (vias) per semitas, sicut Septuag. reddiderunt. (Maldonatus.)

(2) *Hebr.*: *Ut fuerit ad ponendum terram et zorum in sibilum longi temporis*. Solent qui mirantur edere sibilum. Sibilus apud omnes gentes signum contemptus, 1 Reg. 9, 8. S. c. *populus me sibilat*.... *Pastorita fistula* apud Ciceronem. Porro, hic non erat scopus eorum, sed eventus, etc., q. d.: Hic erit exitus illarum pravatum actionum. *Movebit caput*. Signum, vel stuporis, vel ludibrii, vel detestationis; vel contemptus, ut 2 Reg., 19, 21; Math. 27, 39. (Synopsis.)

CAPUT XIX.

1. Hæc dicit Dominus: Vade, et accipe lagunculam figuli testeam, à senioribus populi, et à senioribus sacerdotum:

2. Et egredere ad vallem filii Ennom, quæ est juxta introitum portæ fictilis: et prædicabis ibi verba quæ ego loquar ad te.

3. Et dices: Audite verbum Domini, reges Juda, et habitores Jerusalem: hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut omnis qui audierit illam, tinniant aures ejus:

4. Et quod dereliquerint me, et alienum fecerint locum istum: et liberaverunt in eo diis alienis, quos nescierunt ipsi, et patres eorum, et reges Juda: et repleverunt locum istum sanguine innocuentum.

5. Et edificaverunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.

tibus de lege est sermo et sapientes de arduis loquuntur; sic propheta nunquam desinunt prædicare res futuras, easque sinistras et acerbas nomine Domini, dicentes: *Hæc dicit Dominus*. Vel, non erit magna jactura si hic Jeremias perierit: nam habemus sacerdotes, sapientes et prophetas alios plures. Deus illum prophetam mittet, neque deerit propterea propheta. *PERCUTIAMUS*, etc. *Percutere linguâ*, est aliquem accusare: aut per calumniam alicujus nomen deferre. *AD UNIVERSA VERBA EJUS*, ad illum sermonem ejus.

VERS. 19.—*LITIGANTUM MECUM*, adversariorum meorum.

VERS. 20.—*REDDITUR*, vel, *reddi debet*. *Foderunt foveam*, etc. *Fodere foveam*, est necem struere, vite insidiari. Metaphora à venatoribus qui scrobibus feras capiunt. (Vid. Ps. 94, 15.) *BONUM*, etc., id est, quomodo te oraverim ut illis peccata remitteres.

VERS. 21.—*FLUTE FAC*, etc., *effunde eos*, id est, gladio effunde sanguinem eorum. *Occisus morte*, id est, pereant peste. (Imprecationes, vid. Ps. 5, 11.)

VERS. 25.—*NE EXPRES*, vel, *ne condones illis*. *A FACIE TUA NE DELEAS*, id est, semper esto hujus sceleris memor, ut tandem illud punias. *IMPINGENTIS*, בכשלים (*offensi*, id est, dejecti in offendiculum). *FAC CUM EIS* (1), *vel fac in illis*, sub. *quod soles iratus facere*, q. d., perde eos.

(1) *TU AUTEM, DOMINE, NE PROFITERIS INIQUITATI EORUM, ET PECCATUM EORUM A FACIE TUA NON DELEATUR*. Non propriè orantis est. Est enim omnis oratio gratiæ postulatio: sed servatâ orationis formâ, propheticè predicti, quid futurum sit; videlicet, ut Deus peccata impiorum qui veritati, et doctrinæ sanæ multoties resistebant, in æternum non deleat, sed æterno puniat supplicio. At instas; quare precantis modo utitur? Respondi: Quia non solum predicti, sed cognati dei voluntate, etiam suam voluntatem, suumque desiderium justitiæ divinæ conformat, Deique decretum se approbare declarat. Et sunt frequentes satis hujusmodi precationum formæ in prophetis et psalmis. (Estius.)

CHAPITRE XIX.

1. Voici ce que dit le Seigneur: Allez, et prenez un vase de terre fait par un potier; et emmenez avec vous des plus anciens d'entre le peuple et des plus anciens d'entre les prêtres;

2. Et allez à la vallée de fils d'Ennom, qui est devant la porte d'argile, et vous leur annoncerez les paroles que je vous dirai.

3. Vous leur direz: Ecoutez la parole du Seigneur, rois de Juda et habitants de Jérusalem: voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: Je ferai tomber cette ville en une si grande affliction que quiconque en entendra parler en sera frappé comme d'un coup de tonnerre;

4. Parce qu'ils m'ont abandonné, et qu'ils ont rendu ce lieu profane en y sacrifiant à des dieux étrangers, qui leur étaient inconnus, comme ils l'avaient été à leurs pères et aux rois de Juda, et qu'ils ont rempli ce lieu du sang des innocents;

5. Et qu'ils ont bâti un temple à Baal, pour brûler leurs enfants dans le feu, et pour les offrir à Baal en holocauste: ce que je ne leur ai point ordonné, ce dont je ne leur ai point parlé, et ce qui ne m'est jamais venu dans l'esprit.

6. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non vocabitur amplius locus iste Topheth, et vallis filii Ennom, sed vallis occisionis.

7. Et dissipabo consilium Juda et Jerusalem in loco isto: et subvertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, et in manu quærentium animas eorum: et dabo cadavera eorum, escam volatilibus cæli et bestis terræ.

8. Et ponam civitatem hanc in stuporem, et in sibilum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet, et sibilabit super universâ plagâ ejus.

9. Et cibabo eos carnibus filiorum suorum, et carnibus filiarum suarum: et unusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, et in angustia, in quâ concludent eos inimici eorum, et qui quærent animas eorum.

10. Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum.

11. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum, et civitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra instaurari: et in Topheth sepelientur, eò quod non sit alius locus ad sepeliendum.

12. Sic faciam loco huic, ait Dominus, et habitatoribus ejus: et ponam civitatem istam sicut Topheth. 13. Et erunt domus Jerusalem, et domus regum Juda, sicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus sacrificaverunt omni militia: cæli, liberaverunt libamina diis alienis.

14. Venit autem Jeremias de Topheth, quò miserat eum Dominus ad prophetandum, et stetit in atrio domus Domini et dixit ad omnem populum:

15. Hæc dicit Dominus, exercituum Deus Israel: Ecce ego inducam super civitatem hanc, et super omnes urbes ejus, universa mala quæ locutus sum adversum eam: quoniam induraverunt cervicem suam, ut non audirent sermones meos.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Sic dixit Dominus: Vade, et eme enophorum figuli testaceum et *duc tecum* de senioribus populi, et de senioribus sacerdotum: — 2. Et egredere ad vallem filii Hinno, per ostium portæ fictilis: et prædica ibi verba hæc, quæ loquar ad te. — 3. Et dic: Audite verbum Domini reges Iehudah, et habitatores Jerusalem: sic dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce adduco malum super locum istum, quod omnis, qui audierit, tinniet aures ejus: — 4. Eò quod dereliquerunt me, et alienaverunt locum istum: et adoleverunt in eo diis alienis, quos non noverunt ipsi, et patres eorum, et reges Iehudah: et repleverunt locum istum sanguine innocuentum. — 5. Et edificaverunt excelsa Baal ad comburendum filios suos igni in holocausta ipsi Baal: quod non præcepi nec locutus sum, nec ascendit super cor meum. — 6. Propterea ecce dies veniunt, dixit Dominus: et non vocabitur locus iste amplius Topheth, et vallis filii Hinno: sed vallis occisionis. — 7. Et dissipabo consilium Iehudah et Jerusalem in loco isto: et cadere faciam eos gladio eorum inimicis suis, et in manu quærentium animas eorum: et dabo cadavera eorum in escam volatilibus cæli, et bestis terræ. — 8. Et ponam civitatem hanc in stuporem, et sibilum: omnis qui transierit per eam, obstupescet, et sibilabit super universis plagis ejus. — 9. Et comedere faciam eos carnem filiorum suorum, et carnem filiarum suarum: et unusquisque carnem amici sui comedet in obsidione et angustia quâ angustis afficient eos inimici eorum: et quærent animas eorum. — 10. Et conteres enophorum in oculis virorum, qui erunt tecum. — 11. Et dices ad eos: Sic dixit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum, et civitatem istam, sicut conteritur quispian vas figuli, quod non potest curari ultra: et in Topheth sepelientur, eò quod non erit locus ad sepeliendum. — 12. Sic faciam loco huic, ait Dominus, et habitatoribus ejus: ut ponam civitatem hanc sicut Topheth. — 13. Et erunt domus Jerusalem, et domus regum Iehudah sicut locus Topheth, immundæ, propter omnes domos, super quarum tectis adoleverunt omni militia cæli, et liberaverunt libamina diis alienis. — 14. Venit

6. C'est pourquoy le temps vient, dit le Seigneur, où ce lieu ne sera plus appelé Topheth, ni la vallée du fils d'Ennom, mais la vallée du carnage;

7. Car je renverserai en ce lieu tous les desseins des habitants de Juda et de Jérusalem; je les perdrai par l'épée, à la vue de leurs ennemis, et par la main de ceux qui cherchent à leur ôter la vie; et je donnerai leurs corps morts en proie aux oiseaux du ciel et aux bêtes de la terre.

8. Je rendrai cette ville l'objet de l'étonnement et de la raillerie des hommes; quiconque y passera sera épouvanté, et il insultera à tous ses châtimens.

9. Je nourrirai les habitants de Jérusalem de la chair de leurs fils et de la chair de leurs filles; l'ami mangera la chair de son ami pendant le siège, dans l'extrémité où les réduiront leurs ennemis, qui ne chercheront que leur mort.

10. Ensuite vous romprez ce vase de terre devant les personnes qui iront avec vous,

11. Et vous leur direz: Voici ce que dit le Seigneur des armées: Je briserai ce peuple et cette ville, comme ce vase de terre est brisé et ne peut plus être rétabli; et les morts seront ensevelis à Topheth, parce qu'il n'y aura plus d'autre lieu pour les ensevelir.

12. C'est ainsi que je traiterai ce lieu et ses habitants, dit le Seigneur; et je mettrai cette ville dans le même état que Topheth.

13. Les maisons de Jérusalem et les palais des rois de Juda seront impurs comme Topheth; toutes les maisons sur les terrasses desquelles ils ont sacrifié à toute la milice du ciel, et où ils ont présenté des oblations à des dieux étrangers.

14. Jérémie étant revenu de Topheth, où le Seigneur l'avait envoyé pour prophétiser, se tint à l'entrée du temple du Seigneur, et il dit à tout le peuple:

15. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: Je ferai venir sur cette ville, et sur toutes les villes qui en dépendent, tous les maux que j'ai prédit qui doivent lui arriver, parce qu'ils ont enduré leur tête, pour ne point obéir à mes paroles.

autem Irmeiahu de Topheth, quò miserat eum Dominus ut vaticinaretur, et stetit in atrio domus Domini, et dixit ad omnem populum : — 15. Sic dixit Dominus exercituum Deus Israël: Ecce adduco super civitatem istam, et super omnes urbes ejus omne malum, quod locutus sum contra eam: quoniam induraverunt cervicem suam ut non audirent verba mea.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.— Duc tecum, aut, *voca quosdam*, etc. (1.)

VERS. 2.— FICTILIS; (quod probatur Grotio. Dicitur orientalis 2 Esd. 3, 29. Unde Vatablus vertit:) ad ostium porte orientalis plage, id est, non procul à portâ orientali Jerusalem. (Solaris vertit Clericus.) PREDICA, vel, *clari voce pronuntia*.

VERS. 3.— TINNENT (2). (Vid. 1 Sam. 5, 11.)

VERS. 4.— ET ALIENAVERTUNT, id est, profanaverunt (alienos ibi deos colendo). QUOS NON MOVERUNT, id est, quorum vires et open nunquam senserunt. INNOCENTIUM, sub. *prophetarum*.

VERS. 5.— AD COMBURENDUM (3). (Vid. sup. 7, 31, 32.) NEG ASCENDIT, etc. id est, sed ne cogitavit quidem tale quippiam.

(1) HEC DIXIT DOMINUS, dixit. Narrat enim sibi à Deo imperata.

LACUNCEM FIGULI, *laguam figilem*, que quam facile fragitur, tam facile Deus fracturus erat populum Judaeum. *Lagena* קַנְנָה nomen apud Hebræos habet à *conspicuas* (ex nominis fictione), quia sonus quem edit sic non male exprimitur.

A SENIORIBUS POPULI, ET A SENIORIBUS SACERDOTUM. Quis credat ficile emi potuisse à tot viris summatibus. Est omnino (defectus), aut (complexus) peritus: non potest (sumere) etiam huc, quantum minus propriè, potest referri: quod bene visum et à Chaldeis, et à Grecis, si editionum posteriores sequimur (et adducit eos à senioribus populi et sacerdotibus), supple aliquos Los tibi assume testes, nempe ex magno Synedrio, quod partim ex sacerdotibus, partim ex aliarum tribunalium hominibus constabat, ne quis postea excusationem haberet de ignorantia: nam illi septuaginta totum populum representabant. (Grotius.)

(2) ADITE REGES JUDA, id est, vel, 4^o rex et Auguta: vide Jer. 15, 18; vel 2^o gubernatores: rex et consiliiarii. TINNIANT AURES EJUS, id est, vehementer expavescent, adeo ut in deliquitum animi incidat, unde aures tinnunt. Locutio Hebræa est, 1 Sam. 5, 11; 2 Reg. 21, 12. SENSUS est: Aures omnium hoc ruido, quasi tonitru, percussuræ, ubi est aliquis impetuosus fragor, aures nobis obstupescunt et hebetes fiunt; simulque tinnunt. Tremant, vel obstupescunt, Mar. caritas reddatur attentius. Excellens sensibile hedit sensum. Ut fulgor solis hebetat aciem oculorum; sic vehementis sensus movet tinnitum aurium. (Synopsis.)

(3) ET EDIFICAVERTUNT EXCELSA BALTHI, AD COMBURENDOS FILIOS SEOS IENI, IN DOLOREUM BALTHI, QUOS NON PRÆCEPI, NEQ. LOCUTUS SUM, SEC. etc. In eo quod dicitur (quæ non præcepi, etc.) notanda est figura quæ Græcè dicitur, *ἀνεστῆς*, id est, extensus loquendi forma; nunquam videlicet et minus dicitur, et plus intelligitur: Sensus enim est: Quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascendit in cor meum, id est, quæ præceptis meis, et verbis meis, imò et cogitationi cordis mei prorsus contraria sunt. Non enim non præceperat tantum quin etiam expressè prohibuerat Dominus in lege, et Prophetis, ne colerent Deos alienos; neve his offerret sacrificia; et maxime ne filios aut filias immolarent. Similis sententia est in iis verbis Psal. 56: Cor contritum et humilitatum Deus non despicies, q. d., imò tantquam rem gratissimam et acceptissimam suscipies. Et illud 1 Corinth. 11: Laudo vos, in hoc non laudo, id est, vehementer improbo. Item in his verbis Sapientis, Eccl. 7: Assiduitas mendacii non

VERS. 6.— OCCISIONIS (1), vel, *stragis*; nam interficientur à Chaldeis plurimi Judæi in hæc valle: unde nomen sum mutatura est.

VERS. 7.— DISSIPABO, vel, *irritum faciam*.

VERS. 8.— STUPOREM ET SIBILUM; vel, *solutudinem*. (Vid. sup. 18, 16.)

VERS. 9.— IN OBSESSIONE, vel, *ob longam obsidionem et afflictionem*.

VERS. 11.— CONTERAM (2), frangam. CURARI (me-

est bona, id est, valde mala. Notandum quoque istud, propter hereticos nostri temporis, qui ex hujusmodi scripturis (quæ non præcepi, quæ non locutus sum) docere volunt, nihil esse faciendum in Dei cultu, aut in religione credendum, quod non sit diseretè positum in Scripturâ sacrâ, per hoc ostendentes suam imperitiam circa phrasas, et figuras, seu modos loquendi Scripturæ sacræ. (Estius.)

(1) NON VOCABITUR AMPLIUS LOCUS ISTE TOPHETH, etc. SED VALLIS OCCISIONIS, quia ibi Judæi à Chaldeis occiderunt: ut dixit e. 7, 32. Allatit hie Topheth ad rad. *toph*, id est, pulcher, amicus fuit, q. d.: hæc vallis non vocabitur, nisi ante, Topheth, id est, amena; vel etiam *toph*, id est, tympani et chororum; sed vallis occisionis, tum quia ubi multi occiderunt: tum occisionis, id est, occisorum, sive cadaverum plurimorum, que eò quasi ad communem Judæorum sepulture locum innumera affererunt. Commune enim Judæorum sepulchrum erat in valle Cedron, in ea parte que Gehenna seu Topheth appellatur, ut patet 4 Reg., 25, 6. Indeque hæc vallis dicta est cadaverum, cineris, calvaria, et regio mortis, ut patet Jerem. 31, v. 10. Judæi enim ne naturaliter fetore cadaverum, et ne legaliter eorumdem contactu urbanis posita, ut dixi Levit. 19, Eadem de causâ etiam in novelle urbes sepultura extra urbem constituerunt, ut Norimbergæ et in aliis pluribus Germaniæ urbibus ipse conspexit.

DISSIPABO (CONSILIIUM JUDA ET JERUSALEM IN Loco isto, quod inierunt de rebellando Nabuchodonosori eorum sum deo Moloch, parvulos plures ei concremando, ait S. Thom.)

Secundo et melius, Hugo, q. d.: In loco isto, id est, in Topheth, ubi peccaverunt Judæi, copiosum eorum strageo faciam per Nabuchodonosor, quæ strage et terrore dissipabo omnia Judæorum consilia, ut se sciunt quò se vertant, quod consilium cepiant, et se contra eum inueniant: putabant enim se esse loco antiquum à suo idolo labiturus, et eodem loco occiderunt. Pro dissipabo hebræice est *laccati*, id est, evacuato, ubi est elegans nomenclasia inier hanc, id est, evacuare, et *laccine*, id est, legendum, jubis evacuationis et dissipations symbolum et indicem vers. 1, quasi dicat: Dissipabo et evacuabo eos, sicut dissipavi et evacuavi lagunculam, confringendo eam. (Corn. à Lap.)

(2) ET IN TOPHETH. Erat locus ejus nominis in valle filii Hennom sive Hinnom, de quo in hunc modum Hieronymus in Comment. Jer. 8: Topheth, quæ est in valle filii Hennom, illum locum sign. quæ Siloe fontibus irrigatur: et est amarus atque neurosus, hodieque horreturum præbet deliciis. Hic autem gentilitatis error omnes provincias occupavit, ut ad capita fontium lacusque amaranthissimos victimas immolarent, et omnes præter superstitionis religio servarentur. Idem in Comment. Jer. 19: In valle filii Hennom erat delubrum Baal, et necus ea (h-

taphora: instaurari. Ad verbum, sanari, reparari (1).

VERS. 15.— PROPTER OMNES DOMOS, ad verbum omnibus domibus. Alii subaudiunt: Idem accidit omnibus

cus Siloe fontibus irrigatur. Ipsa autem vallis juxta portam est quæ Hebræicè Harsith, id est, ficilis, appellatur. Pius in Comment., ad voces N. T. ad quem lo alio vale. (Drusius.)

(1) Sicut TOPHETH, id est, in sepulchrorum occisionum, sicut erit Topheth, vel, inhabitabilem. Topheth enim ager erat non habitatus: vel, faciam ut in civitate magna fiat hominum strages, sicut in Topheth. Quem sensum postquam videntur verba quæ sequuntur confirmare. Erat enim imundus locus, in quo cadavera jacerent. (Maldonatus.)

CAPUT XX.

4. Et audivit Phassur, filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Jeremiam prophetam sermones istos.

2. Et percussit Phassur Jeremiam prophetam, et misit eum in Nervum, quod erat in portâ Benjamin superiori, in domo Domini.

3. Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Jeremiam deervo, et dixit ad eum Jeremias: Non Phassur vocavit Dominus nomen tuum, sed Pavorem videlicet.

4. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo te in pavorem, et te omnes amicos tuos: et corruent gladio inimicorum suorum, et oculi tui videbunt: et omnem Judam dabo in manum regum Babylonis: et traduet eos in Babylonem, et percuet eos gladio.

5. Et dabo universam substantiam civitatis hujus, et omnem laborem ejus, omneque prelium, et cunctos thesauros regum Juda dabo in manum inimicorum eorum: et diripiet eos, et tollent, et ducent in Babylonem.

6. Tu autem Phassur, et omnes habitatores domus tue, ibitis in captivitate: et in Babylonem venies, et ibi morieris, ibique sepelietur tu, et omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium.

7. Seduxisti me, Domine, et seductus sum: forlor me fuisti, et invaluisti: factus sum in derisum totâ die: omnes subsannant me.

8. Quia jam olim loquor, vociferans iniquitatem, et vastitatem clamito: et factus est mihi sermo Domini in opprobrium, et in derisum totâ die.

9. Et dixi: Non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius: et factus est in corde meo quasi ignis exanthes, chausque in ossibus meis: et defeci, terre non sustineas.

10. Audivi enim contumelias multorum, et terrorem in circuitu: Persequimini, et persequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, et custodientes latus meum: si quo modo decipiar, et praveleamus adversus eum, et consequamur ultionem ex eo.

11. Dominus autem mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, et infirmierunt: confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempternum, quod nunquam delebitur.

domibus. TECTIS (1). (Planis scilicet in iis regionibus, vid. 2 Sam., 11, 2.)

VERS. 15.— INDRAYERUNT, id est, indomitam et rebellem reddiderunt. Metaphora à bobus recensantibus jugum.

(1) IN QUARUM DOMATIBUS SACRIFICAVERTUNT. In aedium tectis altaria lune et astris dedicata fuerant. Hoc igitur scilicet ut expiet Deus, minuitur, sed hujusmodi zedes eversurum, atque ad turpissimum Topheth conditionem redacturum, ut loca impura sint. hominum sepultura, denique radicibus eversurum. Plagitis, que hic arguit Jeremias, Josie ihu coacta sunt; et fieri non potuit, ut ipsa mali radix evelleretur. Priorem hujus versiculi partem non habebat Hebræicus codex, quo S. Hieronymus utebatur; at habent Noster, Septuaginta, et Chaldeus. (Calmet.)

CHAPITRE XX.

4. Phassur, fils d'Emmer, l'un des prêtres, qui était établi intendant de la maison du Seigneur, entendit Jérémie prophétiser de la sorte:

2. Et il frappa le prophète Jérémie, et le fit lier, et mettre dans la prison qui était à la haute porte de Benjamin, en la maison du Seigneur.

3. Le lendemain, au point du jour, Phassur fit délier Jérémie; et Jérémie lui dit: Le Seigneur ne vous appelle plus Phassur, mais il vous appelle Frayer-de-toutes-parts.

4. Car voici ce que dit le Seigneur: Je vous remplirai de frayer, vous et vos amis; ils périront par l'épée de leurs ennemis; et vous le verrez de vos propres yeux. Je livrerai tout Juda entre les mains du roi de Babelle; et il les transporterà à Babelle, et il les fera mourir par l'épée.

5. J'abandonnerai entre les mains de leurs ennemis toutes les richesses de cette ville, tout le fruit de ses travaux, tout ce qu'elle a de précieux, et tous les trésors des rois de Juda. Ils les pilleront, ils s'en empareront, et ils les porteront à Babelle.

6. Et vous, Phassur, vous serez ennemi captif avec tous ceux qui demeurent dans votre maison; vous irez à Babelle, et vous y mourrez, et vous y serez enseveli, vous et tous vos amis, à qui vous avez prophétisé le mensonge.

7. Vous m'avez séduit, Seigneur, et j'ai été séduit par vos promesses: vous avez été plus fort que moi, et vous avez prévalu contre moi. Je suis devenu l'objet de leur moquerie pendant tout le jour, et tous me raillent avec insulte.

8. Parce qu'il y a déjà longtemps que je parle, que je crie contre les iniquités, et que je leur prédís une désolation générale. Et le parole du Seigneur est devenue pour moi un sujet d'opprobre et de moquerie pendant tout le jour.

9. Alors j'ai pensé: Je ne nommerai plus le Seigneur, et je ne parlerai plus en son nom. Et en même temps il s'est allumé au fond de mon cœur un feu brûlant, qui s'est renfermé dans mes os, et je suis tombé dans la langueur, ne pouvant plus en supporter la violence.

10. Car j'ai entendu les malédictions d'un grand nombre de personnes, et la frayer qu'ils tâchent de me donner de toutes parts, en disant: Persecutons-le, persecutons-le tous ensemble. Ceux-là même qui auparavant vivaient en paix avec moi, et qui étaient sans cesse à mes côtés, s'entendent tous: Tâchons de le tromper en quelque manière que ce soit; tâchons d'avoir l'avantage sur lui et de nous venger de lui.

11. Mais le Seigneur est avec moi, comme un guerrier invincible; c'est pourquoi ceux qui me persécutent tomberont, et ils n'auront aucun pouvoir contre moi; ils seront couverts de confusion, parce qu'ils n'ont pas compris quel est cet opprobre éternel qui ne s'effacera jamais.

12. Et tu, Domine exercituum, probator justus, qui vides renes et cor : videam, queso, ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam.

13. Cantate Domino, laudate Dominum : quia liberavit animam pauperis de manu malorum.

14. Maledicta dies in qua natus sum : dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.

15. Maledictus vir, qui annuntiavit patri meo, dicens : Natus est tibi puer masculus : et quasi gaudio letificavit eum.

16. Sit homo ille ut sunt civitates quas subvertit Dominus, et non penitentium eum : audiat clamorem mane, et ululatum in tempore meridiano :

17. Qui non me interfecit à vulvâ, ut ferret mihi mater mea sepulcrum, et vulvâ ejus conceptus aeternus.

18. Quare de vulvâ egressus sum, ut viderem laborem et dolorem et consumerentur in confusione dies mei ?

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et audivit Passur filius Immer sacerdos, (et ipse erat prepositus et dux in domo Domini), Irmeiah prophetantem verba ista. — 2. Et percussit Passur Irmeiah prophetam, et posuit eum in carcerem, qui erat in portâ Benjamin superiore, qui erat in domo Domini. — 3. Erat in crastino : eduxit Passur Irmeiah de carcere, et dixit ad eum Irmeiah : Non Passur vocavit Dominus nomen tuum, sed Magor Missabib, id est, pavorem undique. — 4. Quia sic dixit Dominus : Ecce ego ponam te in pavorem tibi, et omnibus diligentibus te : et corruent gladio inimicorum suorum, videntibus oculis tuis ; et omnem Iehudah dabo in manum regis Babel : et traducet eos in Babel, et percuret eos gladio. — 5. Et dabo omnes opes civitatis hujus, et omnem laborem ejus, et omne pretiosum ejus, et cunctos thesaurus regum Iehudah dabo in manu inimicorum suorum : et diripient eos, et tollent eos, et adducent eos in Babel. — 6. Et tu Passur, et omnes habitatores domus tuæ ibitis in captivitatem : et Babel ingredieris, ibique morieris, et ibi sepelietur tu, et omnes diligentes te : quibus vaticinatus es mendaciter. — 7. Seduxisti me Domine, et seductus sum : Fortior me fuisti, et prævaluisti : fœdus in derisum omni die, universi ipsi subsannant me. — 8. Quia omni tempore loquor, vociferor iniquitatem, et vastitatem clamo : quia fuit verbum Domini mihi in opprobrium, et subsannationem omni die. — 9. Et dixi : Non recordabor illius, neque loquar ultra in nomine ejus : et fuit in corde meo tanquam ignis ardens, clausus in ossibus meis : et fatigatus fui ferendo, et non potui. Magor Missabib. — 10. Audivi enim obreptionem multorum, dicentium pavorem undique : Annuntiate, et renuntiabimus illud : omnes viri pacis meae, observant claudicationem meam : forte decipietur, et prævalebitur ei, et sumemus ultionem nostram de eo. — 11. Dominus autem mecum est tanquam potens fortis : idcirco persequentes me impingent, et non prævalebunt mihi : pudore afficientur vehementer, quia non prosperabuntur, ignominia perpetua erit illis quæ oblivioni non tradetur. — 12. O Domine exercituum, qui probas justum, qui vides renes et cor : videam ultionem tuam de eis : tibi enim revelavi causam meam. — 13. Cantate Domino, laudate Dominum : quia liberavit animam pauperis de manu malorum. — 14. Maledicta sit dies in qua natus sum : dies, quæ peperit me mater mea, ne sit benedicta. — 15. Maledictus sit vir qui annuntiavit patri meo, dicendo : Natus est tibi filius masculus : qui letificando letificavit eum. — 16. Et sit vir ille sicut civitates, quas subvertit Dominus, et non penitentium eum : audiat clamorem mane, et vociferationem in tempore meridiano : — 17. Qui non interfecit me à vulvâ : et fuisset mihi mater mea sepulcrum meum : et vulvâ ejus prægonans perpetuâ. — 18. Ut quid de vulvâ egressus sum, ut viderem laborem et dolorem, et delicerent in pudore dies mei ?

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — SACERDOS, vel sacerdotis. PREPOSITUS (1) et dux, vel, constitutus dux, id est, princeps sacerdotum ; secundus à summo sacerdote.

(1) ET AUDIVIT PHASSUR, FILIUS (NON IMMEDIATUS, sed unus ex posteris) IMMER, qui (Immer) in primâ constitutione erat primarius sacerdos. 1 Par., c. 24, v. 14. Sic eum vocat, ut distinguit ab alio Passure, Jeron. 21. A. PRINCIPES, id est, vel, 1.º caput ordinis sui, nempe episcopatus, decime sexte, 1 Par., loc. cit. ; vel, 2.º unus è templi præfectis ; variis enim officiis variis præfiebantur, v. g., oblationibus, cantoribus, etc. ;

12. Vous donc, Seigneur des armées, qui éprouvez le juste, qui pénétrez les reins et le cœur, faites-moi voir, je vous prie, la vengeance que vous prendrez d'eux, parce que j'ai remis entre vos mains la justice de ma cause.

13. Chantez des cantiques au Seigneur, louez le Seigneur, parce qu'il a délivré l'âme du pauvre de la main des méchants.

14. Maudit soit le jour auquel je suis né ! que le jour auquel ma mère m'a enfanté ne soit point béni !

15. Maudit soit l'homme qui en porta la nouvelle à mon père, en disant : Il vous est né un enfant mâle ; et qui crut lui donner un sujet de joie !

16. Que cet homme devienne comme les villes que le Seigneur a détruites par un arrêt irrévocable ; qu'il entende les cris le matin, et les hurlements à midi ;

17. Parce que Dieu ne m'a pas fait mourir avant de naître, afin que ma mère devint mon sépulchre, et que son sein, ayant conçu, n'enfantât jamais.

18. Pourquoy suis-je sorti du sein de ma mère, pour être accablé de travail et de douleur, et pour voir consumer mes jours dans une confusion continuelle ?

VERS. 2. — IN CARCEREM, in nervo. Alii, in cippo : sicut dicto Hebraicè, quod constaret variis lignis ex adverso coeuntibus. In eo erant tria foramina : unum in quo collum immittebatur : et duo in quæ manus singulæ

vel, 3.º capitaneus templi, cui jus erat prehensionis in eos qui in templo delinquebant, ut dicitur ad Math. 26, 47, et Luc. 22, 4. Judicium autem erat penes illum, aut penes sacerdos solos ; sed penes Synedrium, in quo plerumque multi erant è sacerdotibus. Vide infra 26, 8, 10, 46. (Synopsis.)

Græci verterunt *καρχαρον*, quod significat fossam profundam, in quam vinciti demitti solent. In verbo Domini, id est, in septis, sive ædificio quod pertinebat ad templum ipsum. Non enim hic locus debet intelligi de primo atrii popularis ædificio, sed de appendicibus atrii populari adjectis post tempora Salomonis. Dicit fortassè *portam superiorem*, quod appendices istæ esse in loco urbis acervi.

VERS. 3. — VOCAVIT, id est, mutavit nomen tuum ut voceris posthæc, etc. SED MAGOR (1), etc., id est, pavor qui imminet tibi per circuitum. (Mutatio nominis significat mutationem sortis. (Clericus.)

VERS. 4. — PAVOREM. (Materiam pavoris.) TUI, id est, domesticis tuis.

VERS. 5. — LABOREM. (Opes labore partas, ut alibi.) (2)

VERS. 7. — SEDUXISTI ME, imposuisti mihi, q. d. : eum minus prophetasti commisisti mihi, facum mihi fecisse videris ; pollicitus enim fuisti, te nunquam permissurum me libidini hostium meorum, quod tamen fecisti. Verba Jeremie deplorantis sortem suam post cruciatum in cippo. Hæc humano spiritu dicit, non divino. Alludere videtur ad illud capituli primi : *Ne formides*, etc. Vox Hebræa propriè significat verbis persuadere, et simpliciter aliquid inducere (vid. Prov. 4, 4) ; unde verterim ego : *Persuassisti mihi minus propheticum detrectandi. Et prævaluisti* ; id est, viciisti me (reluctantem) verbis tuis et argumentis (q. d., morem gessi et ideò, etc.).

VERS. 8. — OMNI TEMPORE, etc. Nam ex quo loquor, clamo vinum, et vastitatem inclamo, id est, ex quo tempore prophetare cepi nomine tuo, non desii affligi, idque vehementissimè, ita ut cogar exclamare, non aliter atque illi qui vociferantur ob violentiam et directionem. (Clericus vertit, *injuriam et vastitatem à Babyloniis pronuntiavi*. Optimo sensu ; nam malè habebatur quod ingruentes calamitates prædiceret.)

VERS. 9. — ET DIXI : NON RECORDABOR, etc., q. d. : Quandoquidem ergo verbum Domini mihi probro vertitur, et omnibus diebus vituperor, ideò statui, me ejus mentionem ultra non facturum. Sed repressit illam cogitationem metûs pœnæ à Deo inferendæ, sicut Apostolus ait 1 Cor. 9, 17 : *Necessitas enim mihi incumbit ; vos autem mihi estis si non evangelizavero*. A quo non abluisti illud Lucani l. 5, 175, apud Grotium :

(1) NON PHASSUR VOCAVIT DOMINUS NOMEN Tuum, SED PAVOREM UNDIQUE. Phassur Hebraicè est oris nigredo, teste S. Hieronymo ; vel ex aliis, *incrementum lucis* ; sive is qui pallorem parit. Nomen huic mutat Deus, nuncupatque Magor missabib, quas voces S. Hieronymus reddit *pavorem undique* ; vel *undique vala* ; vel ex Septuaginta et Syro, *migrantem*, extorem, proscriptum. Phassur captivus Babylionem abductus est. Cùm verò Deus nomen Phassur mutaturum dicitur, illud significatur, Phassur in posterum minime futurum terribilem sum virum, cujus auctoritate et vi territi ceteri pallescant, sed miserum exulem, omnibus contemptissimum. Vide vers. 6. (Calmet.)

(2) QUESITUS PROPHETASTI MENDACIUM. Nempe dicens fieri non posse ut Deus hanc terram relinqueret sine sacerdotibus, prophetis et doctoribus. (Grotius.)

Magnaque exarsuat igne

*Iratum te, Phæbe ferens, nec verberare solo
Uteris, et stimulis ; flammisque in viscera mergis.*
POTUI, sub. ferre illum ignem.

VERS. 10. — AUDIVI ENIM, vel certè non reddidit rationem proximè præcedentis versûs, sed alterius qui præcessit ante illum. ANNUNTIATE, sub. verbum falsum, sive falsas ejus prædicationes. RENUNTIABIMUS, sub. Regi, utem perimat. PACIS M.E.E. Hebraismus, quante mihi erant amici. (Vid. Ps. 41, 10.) CLAUDICATIONEM MEAM. *וַיֵּלֶךְ*, id est, sicuti claudicem, aut titubem linguâ. Alii, sunt custodes costæ meæ, id est, lateris mei ; dicens : *Fortè*, etc. DECIPIETUR. (Id est, tibi persuaderi patietur à nobis, quod ei nocere possit, Clericus. Vid. hic 6.)

VERS. 11. — FORTIS : vel gigas, id est, potenter mihi fert opem, vel, Dominus autem posuit me tanquam gigantem fortem ; idcirco, etc. NON PROSPERABITUR (1), vel, prosperè non agent : sua scilicet se frustrabuntur.

VERS. 12. — PROBAS, ad verbum, probator, id est, qui examinas rationem vivendi eorum qui tibi justè videntur, et invenis illam à reprehensione alienam non esse, et qui solus inspicis omnia humana arcana. (Vid. Ps. 7, 10.)

VERS. 13. — PAVOREM, id est, me tennem et imbecillum hominem. MALOREM, vel affligentium illum. Invitat sanctos ad Dei laudem ob liberationem.

VERS. 14. — MALEDICTA (2). (Vid. Job. 3, 3.)

VERS. 15. — FILIUS MASULUS. Transit ad deplorationem calamitatis priore multò avioris.

VERS. 16. — ET NON PENITUIT EUM : vel, neque mutavit sententiam. CLAMOREM, sub. casorum, vel percutientium, per mane et meridiem intelligit totum diem, id est, totis diebus sit in eâ animi perturbatione in qua ii solent esse qui urbem incolunt obsidione hostili circumstantam : terreatur totâ die.

VERS. 17. — INTERFECIT (sub. interfector, juxta Prov. 18, 1, vel impersonaliter accipe, Vatablus.) sub. Deus. A VULVÂ (imò in utero, ut postulant sequentia. Grot.) ET FUISSET, vel, aut quia non fuit. PRÆ-

(1) QUASI BELLATOR FORTIS, ut mihi dixit c. 1, 19 : *Et bellabunt adversum te, et non prævalebunt*. Vel, et Dominus (sub. dedit, posuit) me quasi fortem bellatorem, ut R. David exponit : *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo*. Psal. 117, 6. Quia non intellexerunt opprobrium, quod illis imminet, quodque illis prænuavi, et credere noluerunt. Jonathan et R. David sic exponunt. Confundentur, quia non prosperabuntur (id est, quia non videntur, sicuti, quam capere de me voluit), et operientur opprobrio sempiterno, quod nunquam oblivione deleatur, ut infra cap. 23, 40. (Maldonatius.)

(2) MALEDICTA DIES IN QUÀ NATUS SUM. Justè viri, inquit Kimhi, acerbitate doloris nonnunquam in impotentiam labantur. Præ amaritudine anime suæ maledicunt diæ natiuitatis suæ, quæ tamen maledicti nequit, cùm jam præterierit. Est igitur sensus : *Verè sum homo miser et ad calamitatis natus : et si diei vel temporis est adscribendum, nique dies ille maledictus est qui me in has transtulit miseriae. Eodem fervore accensus animus et exagitatus fertur in nuntium qui patri congratulatus natum indicavit filium.* (Munsterus.)

GNANS PERPETUO (1) (ad verbum *pregnans* seu *gr-*

(1) Qui, non nuntius, ut Chald., Hugo, Lyran., sed Deus, vel dominus, qui processit: vel per hebraismum, qui, id est, *quia* (et ita legitur Raban. Graeco, et tria manuscripta) NON ME INTERFECIT A VULVA, id est, in vulvâ (sic enim sèpe 2, id est in, capitur pro 2^a min, id est, a, ex, de, etc.) fecit Dominus, nature et generationis auctor, cujus esset in vulvâ occidere et vivificare; unde sequitur.

UT FERTUR MAM MATER MEA SEPTUAGINTA, ET VULVA ELIS (matrix matris) conceptus eternus, id est, semper *pregnans*, ut nunquam a natus, sed in utero moriens, eundem habere sepulcrum et conceptum, id est, conceptaculum, q. d.: Utinam mater me semper in utero gestasset, nunquam in lucem edidisset!

Alter vir doctus, ait, inquit, ponitur pro utinam, ut apud Terentium et comicos sæpe legitimus: ut, id est, utinam, te perdant dii doctus, q. d.: Utinam perissem in utero: ita ut sit hoc aliud votum, à priori, quo mox à vulvâ in lucem editus occidi optavit, diversum. Verum sic dicendum fuisset, *ut facta esset, non ut fieret*, etc. Neque enim jam natus potest redire in uterum, ut ibi sepeliatur.

Nota. Non optat Jeremias mori in peccato originali, sed ab eo abstracti, ut dixi vers. 14.

Denique S. Chrysost., homil. 4, de patientiâ Job, et alii notant majorem esse gratiam Evangelii quam legis: quia sancti prophete passi sunt, sed dolabant; apostoli et martyres passi sunt, sed glorabantur. *Omne infernum*, ait Seneca, *naturâ querulum est*, et omne querulum feminine: virile enim est in adversis non queri, sed fortiter ea superare. in risque gaudere et glorari. S. Bernard., epist. 359, ad Eugenium Pont.: *Legi, inquit, apud quemdam sapientem: Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. Ego autem dico: Fidelis homini magis est intra flagella fidendum. Addit: Tu antea sponi, anticum te in necessitate probato: B. Dorotheus ingens vite spiritualis magister: Gerâ, ait, *contemptis mundi nota est, nullâ re perturbari*. S. Ignatius: *Mansuetudinem, ait, volo, quâ omnis vis et potestas principis hujus mundi enerat*. Agricola asperam amat hiemen: quò enim magis est frigus, eò segetes magis radicantur in terrâ, magisque expant terre succum; in dœque in æstate majorem expectant messem. Ita sancti generosi amanti aspera: inde enim lætiores fructus patientiæ et virtutum in hæc vita, atque gloriæ in futurâ metent: vide dicta Isæie 25, 5. Scrivit hoc S. Hieron., idemque ab æmulis vocatus ita scribit ad Axellam, epist. 99:*

Gratias ago Deo meo, quòd dignus sim, quem mundum odisti. Quotam partem angustiarum perpessus sum, qui cruci mitti? Infamiam fœci criminis impudicum; sed scio pro bonam et malam famam perenni ad regna celorum.

Martinianus, Satorianus, et eorum duo germani, cum jussu Geiserici regis Wandalarum, ligatis pedibus post terga currentium quadrigarum per silvarum et dæmonum aculeos raptandi, et longâ dirique morte excruciantur, vale sibi invicem unusquisque ita dicebant: *Frater, ora pro me; implevi Deus desiderium nostrum: tollit percurrent ad regnum celorum. Inique ornato et possidendo, quædamlibet angelis, pius animas emiserunt, ait Victor Uticens, lib. 1. Wandalarum.*

Idem Victor, lib. 2, narrat confessoribus Christi damnatis ab Finerico rege ad exilium, eoque peregrinibus occurrisse mulierem manu tenentem infantulum, eumque ita exhortantem: *Carre, domine meus, vides universos sanctos, quomodo pergunt et festinant ad coronas. Cùmque à confessoribus rogaretur, cur è tam longo itinere ita properaret, respondit: Cum hoc sermo vestro parvulo ad exilium propero, ne inveniat eum solum inimicus, et à via veritatis revocet ad mortem. Et inferius narrat turbas fidelium martyribus occurrerisse, que suos infantulos ad vestigia martyrum propicientes clamabant: Quibus nos miseris relinquas,*

vida secuti. Ut sim perpetuus in matrice ejus, nec inde exeam. Schindlerus. Vatablus interpretatur eodem sen-

diàm pergitis ad coronas? quis istos baptizabit? eumque una pergere vellet ad exilium, à servitoribus sum prohibiti et remissi. Ibidem referi confessoribus in custodia coarctatos fuisse; ut uno supra alium jactato, jacerent quasi ægmina locustarum, in stercoreibus et fœtoribus extreme cruciantur, qui hujusmodi exultationis solum decantabant: Hæc est gloria omnibus sanctis ejus.

Idem, lib. 5, narrat Dionysiam matronam, cum sub eodem Finerico fustigaretur, dixisse: *Quæstus libet eruciat, recedenda tamen membra nolite nudare; eumque id non oblineret, et inter virgarum ictus rivi sanguinis toto corpore fluitarent. Ministri, ait, diaboli, quod ad opprobrium meum facere computatis, ipsa est laus mea: quin et ipsa martyr alios ad martyrium confortabat. Hæbat unicum filium tenere ætatis et delicatum, quem cum timore penarum paventem conspiceret, verberans eum nullis oculorum et ætatoritate maternâ ita confortavit, ut matre multo fortius redderet. Cui inter crudelia verbera constituto ita dicebat: Memento fili, qui in nomine Trinitatis in matre Ecclesiâ baptizatus sumus: non perdamus indumentum nostræ salutis, ne veniens invitator, testem non inveniat impietatem, et dicat ministris: Mittite in tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum, et stridor dentium. Illa pena timenda est, quæ nunquam finitur. Illa desideranda vita, quæ semper habetur. Talibus itaque filium solidans, velociter martyrem fecit, quos ipsa hostiam amplexans cum gaudio domi suæ sepelivit.*

Viderunt id quoque gentiles, sed per umbram, præsertim Stoici, qui per patientiam ad apathiam et indolentiam, animique tranquillitatem contendunt. Unde Plutarch., lib. de Animi tranquill.: *Inveni, inquit, et animos fortunas his certis respondendum, quæ Socrates vixit in Amyntum et in Medum dicens, in ipsos fortis judices: Interficere me Angus et Melius possunt, nocere mihi non possunt. Potest enim me fortuna morbo atque affligere; animi abieci, degenerem, invidiam non potest cum efficere, qui sit bonus, fortis, magnanimus. Et superius: Imitetur Antaxagoram, qui audiens filium esse mortuum, dixit: Scietam mortuum esse, quem genueram; et ad singulos fortune casus dicimus: Noværam divitias me possidere in diem duraturas et instabiles: noværam magistratum ab his adimi posse, qui me eo ornaverunt: noværam mihi esse probam matrem, sed tamen matrem; noværam, amicum esse hominem, facili aut ait Plato) mutabile animal. Hujusmodi enim præparatio, animique informatio, si quid adversi eveniat, salutem cordis, et trepidationem avertit, mentisque perturbationem sedabit: non enim dicit: Non putabam, hæc non expectabam.*

Unde Carneades omnem dolorem oriri censuit ex eo quòd inexpectatò nobis accidit quippiam; et rursum: *Nimiam istarum rerum appetitio, æcerium amittendi metum, et in amissione dolorem ingenerat, hoc carè quæ appetitum hunc refranans fortuna dicit: Suate est si quid das; parvus dolor, hoc ubi tollis.*

Benevrius cum Megaram cepisset, quævisit à Stilpone, equid in istâ direptione ipsi perisset; et Stilpo: *Neminem vidi, qui res meas ferret: fortuna enim opes depraedator, non sapientiam, non constantiam animi, que sunt res et bona sapientum. Non timeo mortem, qui cæcis fato dicit: Ipse Deus simul atque volam me solvere; qui dicit: Anteverit te, ò fortuna, omnesque tibi ad me aditus obstruisti.*

Et sub initium libri: *Sicut opibus me præbet thymus æcerima et aridissima herba: ita homines cordati et rebus adversissimis conveniens aliqui et commodum decerpunt. Actus est in exilium Diogenes: ne hoc quidem male: nam factus extorris philosophi capiti. Zenô Citiensis audiens natem cum suis rebus esse submersam, Laudo, inquit, tuam factum, ò fortuna, quæ nos in palatium et porticum redigis. Quid obstat, quò minus ista*

su): que nunquam edit fetum: ac si dicat, quare non perii?

imitari? Obvando aliquo magistratu impigisti? vires postmodum ruri, rerum tuarum satagens. Ambiens principis alicujus amicitiam, passus es repulsam: vires periculorum et negotiorum liber. Accidit per calamitiam vel invidiam exsiliatio aliqua. et infelix successus? evocato videri ad musas et academiam navigare licet, quod fecit Plato, postquam naufragium amicitia fecit cum Dionysio.

Ad animi tranquillitatem comparandam, multum conducit illæstres viros considerare, qui eadem, quæ nos fortuna æquo sunt animo usi. Molestum tibi est quid prole cares? at Romanorum vide reges, quorum nullus filio regnum reliquit. Pauperis tibi gravis est? quis verò Bootorum esse multes quàm Epanonondas, aut Romanorum quum Fabricius? Adulterata est mulier: nonne legis inscriptionem apud Delphos:

Apis me posuit terre rex, et maris idem? et audivisti uxorem ejus Timæam fuisse ab Alcibiade vitiatam? verum id Agidi non obstitit, quò minus Grecorum fieret clarissimus et maxime; Iucuceque Plutarchi.

Audi et Senecam: Totum fortune regnum despiciam et malo me fortuna in castris suis, quam in deliciis habuit: torquere, sed fortiter, bene est: occidi, sed fer-

CAPUT XXI.

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiae, et Sophoniam filium Maasie sacerdotem, dicens:

2. Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur adversum nos: si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, et recedat à nobis.

3. Et dixit Jeremias ad eos: Sic dicit Sedecias: 4. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego convertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, et quibus vos pugnatistis adversum regem Babylonis, et Chaldeos, qui obsident vos in circuitu murorum: et congregabo ea in medio civitatis hujus.

5. Et debellabo ego vos in manu extentâ, et in brachio forti, et in furore, et in indignatione, et in ira grandi.

6. Et percitiam habitatores civitatis hujus: homines et bestie pesilentia magna morientur.

7. Et post hæc, ait Dominus: Dabo Sedeciam regem Juda, et servos ejus, et populum ejus, et qui derelicti sunt in civitate hæc à peste, et gladio, et fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manu inimicorum eorum, et in manu quærentium animam eorum; percutiet eos in ore gladii, et non flectetur, neque pariet, nec miseribitur.

8. Et ad populum hunc dices: Hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, et viam mortis.

9. Qui habitaverit in urbe hæc, morietur gladio, et fame, et peste; qui autem egressus fuerit, et transierit ad Chaldaeos, qui obsident vos, vivet, et erit ei anima sua, quasi spoliū.

10. Posui enim faciem meam super civitatem hæc à malum, et non in bonum, ait Dominus: in manu regis Babylonis dabitur, et exuret eam igni.

11. Et domus regis Juda: Audite verbum Domini,

12. Dicit Dominus: Hæc dicit Dominus: Fledite

VERS. 18. — ET DERIDERENT, VEL CONSUMERENT. IN PUDORE, IN IGNOMINIÂ.

titer bene est; ita ipse epist. 68. Mem de Remed. fortuit. Dolor, ait, imminet: si æquus est, feruus: levis est patientia: si gravis est, feramus: non levis est gloria. Dura res est dolor: inò tu tollis. Pauci dolorem ferre poterunt: simus ex paucis. Imbecilles naturâ sunt: naturam insulare nolite: illa nos fortes genuit. Pugnam dolorem: quid, quòd ille sequitur fugientes. Id., 1. 5, de ira, c. 5 et 6: Non est magnus animus quem incærat injuria. Aut patienter te aut imbecillior læsit. Si imbecillior, parce illi: si poterit, tibi. Nullum est argumentum magnitudinis certus, quam nihil posse quo insidit, accidit. Pars superior mundi et ordinatur, ac propinqua sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestate impellitur, nec versatur in turbem, omni inultu caret; inferiora submittitur. Eodem modo submissus animus, quietus semper, et in statione tranquillè collocatus, intra se premeus quibus ira contrahitur, modestus et venerabilis est. Denique sapientis est ista vox: Misericordia prædicit bona est mater; et quæ incipit, et quibus læsus, ab his doctus es.

ET CONSUMERENT IN CONFUSIONE DIES MEI, id est, ut ignominiose vitam finirent. Simile est Job 10, v. 18, et 1 Machab. 2, v. 7.

CHAPITRE XXI.

1. Voici ce que le Seigneur dit à Jérémie lorsque le roi Sédécias lui envoya Phassur, fils de Melchias, et Sophonias, fils de Maasias, prêtre, pour lui faire dire:

2. Consultez le Seigneur pour nous, parce que Nabuchodonosor, roi de Babylone, nous attaque avec son armée; pour savoir si le Seigneur ne fera point pour nous délivrer quelque une de ces merveilles qu'il a coutume de faire, et si l'ennemi se retirera.

3. Et Jérémie leur répondit: Vous direz à Sédécias:

4. Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël: Je ferai retourner les armées qui sont dans les mains, par lesquelles vous combattez contre le roi de Babylone, et contre les Chaldéens, qui vous assiègent et qui environnent vos murailles; je les rassemblerai toutes au milieu de cette ville.

5. Je vous ferai moi-même la guerre, et je vous perdrai avec une main étendue et avec un bras fort, et dans toute l'effusion de ma fureur, de mon indignation et de ma colère;

6. Et je frapperai d'une grande peste les habitants de cette ville: les hommes et les bêtes en mourront.

7. Après cela, dit le Seigneur, je livrerai Sédécias, roi de Juda, ses serviteurs, son peuple, et ceux qui auront échappé dans la ville à la peste, à l'épée et à la famine, entre les mains de Nabuchodonosor, roi de Babylone, entre les mains de leurs ennemis, et entre les mains de ceux qui cherchent à leur ôter la vie; et il les fera passer au fil de l'épée; il ne se laissera point fléchir, il ne pardonnera point, et il ne sera touché d'aucune compassion.

8. Et vous direz encore à ce peuple: Voici ce que dit le Seigneur: Je mets devant vous la voie de la vie et la voie de la mort:

9. Celui qui demeurera dans cette ville mourra par l'épée, ou par la famine, ou par la peste: mais celui qui en sortira, et qui ira se rendre aux Chaldéens, qui vous assiègent, vivra, et son âme sera pour lui comme une dépouille qu'il aura sauvée.

10. Car j'arrête mes regards sur cette ville, dit le Seigneur, non pour lui faire du bien, mais pour l'accabler de maux; elle sera livrée entre les mains du roi de Babylone, et il la consumera par le feu.

11. Vous direz aussi à la maison du roi de Juda: Écoutez la parole du Seigneur.

12. Maison de David, voici ce que dit le Seigneur: Rendez la justice dès le matin, et arrachez d'entre les

mane iudicium, et eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne forte egredietur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui exstinguat, propter malitiam studiorum vestrorum.

13. Ecce ego ad te habitacrum vallis solidæ atque rampestris, ait Dominus: qui dicitis: Quis percutiet nos? et quis ingredietur domos nostras?

14. Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus: et succendam ignem in saltu ejus, et devorabit omnia in circuitu ejus.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verbum quod fuit ad Irmeiahū à Domino, quāvis misit ad eum rex Sidiachū Paschur filium Malchias, et Sephaniah filium Maaseiah sacerdotem, ut dicerent.—2. Interroga nunc pro nobis Dominum, quia Nebuchadresar rex Babel prellatur adverstus nos: si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, et ascendat à nobis.—3. Et dixit Irmeiah ad eos: Sic dicitis ad Sidiachū:—4. Sic dixit Dominus Deus Israel: Ecce ego converto instrumenta bellica quæ in manibus vestris sunt, et quibus vos pugnavit cum rege Babel, et Chasdim, qui obsident vos extra murum: et congregabo ea in medium civitatis hujus.—5. Et pugabo vobiscum manu extēta, et brachio forti, et furore, et indignatione, et irā magnā.—6. Et percutiam habitatores civitatis hujus; et homines et animalia pestilentia magnā morientur.—7. Et postea, dixit Dominus, dīto Sidiachū regem Ichudal, et servos ejus, et populum, et qui remanserint in civitate hęc, à peste, et à gladio, et à fame, in manu Nebuchadresar regis Babel, et in manu inimicorum eorum, et in manu quærentium animam eorum, et percutiet eos acie gladii: non ignoscet eis, nec parceret, neque miserabitur.—8. Et ad populum hunc dices: Sic dixit Dominus: Ecce do coram vobis viam vite, et viam mortis.—9. Qui habitaverit in urbe hęc, morietur gladio, fame et peste: qui autem egressus fuerit, et transierit ad Chasdim, qui obsident vos, vivet, et erit ei anima sua, in spoliū.—10. Posui enim faciem meam contra civitatem hanc in malum, et non in bonum, ait Dominus: in manu regis Babel dabitur, et comburet cum igni.—11. Et domi regis Ichudal dic: Audite verbum Domini:—12. Domus David, sic dicit Dominus: Judicate manē iudicium, et eruite oppressum de manu opprimentis: ne forte egredietur ut ignis ira mea, et succendatur, et non sit qui exstinguat propter malitiam operum eorum.—13. Ecce venio ad te, habitatrix vallis petreæ campestris, ait Dominus: qui dicitis: Quis descendet contra nos? et quis ingredietur habitacula nostra?—14. Et visitabo vos iuxta fructum operum vestrorum, dicit Dominus: et succedere faciam ignem in sylvā ejus: et consumet omnia in circuitu ejus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PASCHUR (1). Alius est iste Phaschur

(1) MISIT AD EUM REX SEDECIAS PHASSUR FILIUM MALCHIE, ET SEPHONIAM FILIUM MAASIE. Cū Nabuchodonosor jam iterum Hierosolymam obsidione cingeret (primam enim obsidionem intermittere coactus fuerat, ut Ægyptiorum regi, supplicat ad Hierosolymam ferenti, occurreret). Sedecias clam ad Jeremiam binos hosce misit, qui illum de belli exitu consulerent. Id altero obsidionis anno mundi 5415, gestum est. Si temporum ordo servetur, præsens caput statim post 37, et ante 38, et 39, inferendum est. At qui prophætica oracula colligebant, hunc ordinem neglexerunt.

Interpretes nonnulli aiunt, hunc Phassur Melchias filium, alium esse ab eo qui filius Emmer dicitur supra, 20, 1. Id tamen nobis minime probari jam diximus. Ferunt apertissime Paralipomena Phassur quemdam Melchias filium à posteris Emmer, è decimā sextā Sacerdotum classe. Idem hic Phassur infirmitas etiam 38, 1, legitur, qui odium ac simultatem in Jeremiam pertinacissime fovit. Hic à rege postulavit, ut Jeremiam, eum turbatum in populo autorem, necaret.

Sophonias, Maasia filius, summo pontificatu non gaudebat, quod nonnullis visum est, sed secundū antiummodo sacerdotis, atque apud pontificem adiutoris vicibus fungebatur. Sacerdos secundus, is dicitur apud Jerem. 52, 24, et in libris Regum. Capti Hierosolymā, hic unā cum Saraiā pontifice captivus Reblatam ad Nabuchodonosorem missus est, ab eoque neci damnatus. Hujus familia ad sacerdotalem classē 24, pertinet. Bis à rege missus ad Jeremiam consulendum fuit. Vide Jerem. 37, 5. Ingenti auctoritate vir fuisse videtur, regnante Sedecia.

(Calmet.)

maius del calomniateur celui qui est opprimé par la violence, de peur que mon indignation ne s'allume comme un feu, et qu'elle ne s'enbrasse, sans qu'il y ait personne pour l'éteindre, à cause du dérèglement de vos affections, et de vos pensées.

13. Voilà que je viens à toi, dit le Seigneur, ô ville qui es située dans une vallée et sur un rocher large et spacieux; je viens à vous qui dites: Qui pourra nous vaincre, et qui entrera dans nos maisons?

14. Je vous visiterai, pour vous faire recueillir le fruit de vos œuvres, dit le Seigneur; je mettrai le feu dans le bois de Jérusalem, et il dévorera tout ce qui l'environne.

ab eo de quo capite superiore. (Nam juxta 1 Paral. 24, 9, ille erat vicis decimæ sexta, hic verò quarte, Grot.)

VERS. 2. — INTERROGA NUNC, vel *Consule, quæro, roga*. SECUNDUM OMNIA MIRABILIA SUA, id est, fortè mirabiliter nos eripiet ut solet facere. ET ASCENDAT, ad verbum, et *ascendet*, id est, recedet, sub. Nabuchodonosor, solutū obsidione (1).

VERS. 4. — CONVERTO, vel *convertam* sub. in vos. CONGREGABO EA (id est, efficiam ut vobis irruptū, arma vestra vobis erepta afferantur in locum aliquem urbis vestre, à Chaldeis victoribus, Grotius, vel,) congregabo illos, id est, admittam illos in urbem vestram.

VERS. 5. — VOBISCUM (2), vel *contra* vos.

VERS. 7. — ET QUI REMASERINT, id est, qui evaserint. ACIE, 27, ore. Hebræi tribuant gladio os, quod

(1) SIC DICETIS, etc. Vide quā animosa fuit prophætæ libertas, quod hoc honore non fuit negatus, etc. (Calvius.)

(2) ET PUGNABO EGO VOBISCUM (vel, *contra* vos) in manu extēta, nempe, per Chaldeos. Verba omnia magnifica. Ego, fame et peste, ut sequentia explicat, Grotius. Ego sum dux belli; Chaldei, mercenarii mei milites. Opponit hoc pristinis miraculis; q. d.: Potentiā meā vobis est materia terroris, vobis adversa est, etc. Calvius.

Latini vocant *actem*: ob id etiam gladius dicitur *comedere*. (Vid. Num. 21, 24.)

VERS. 8. — DO CORAM, etc. (id est, propono vobis). VIAM VITÆ (1), etc., id est, rationem quā vivetis, aut moriemini.

VERS. 9. — QUI HABITAVERT. Qui remanserit. IN SPOLIUM. Hebr., et tanquā spoliū, sub. amplum, id est, tam gaudebit de vitā suā servatā, quā si letantur quod è bello aliqua ampla spolia referunt.

VERS. 10. — POSUI ENIM, etc. *Ponerē faciem suam contra urbem aliquam in malum*, pro, maligno et inimico vultu eam aspiciere, statueretque perdere eam urbem (2).

VERS. 12. — MANE, q. d.: O servi regis Juda qui est

(1) ECCE EGO DO CORAM VOBIS VIAM VITÆ, ET VIAM MORTIS, q. d.: Do vobis optionem vite et mortis, atque rationem propono, ac medium unum, quo vivere possitis; aliud, quo moriemini accersitis: scilicet, si vultis vivere, tradite vos Chaldeis; si repugnetis, obsidionem in urbe sustinendo, peribitis gladio, fame et peste. Si ergo presertim, id vestre culpe et inobedientie ascribit; nec me crudelitatis accusate. Itaque manere in urbe, et obsideri, erat via vite; q. d.: Tam male vobiscum ager, ut non possitis salvari, nisi per hostes: ut non possitis mortem, nisi per captivitatem evadere.

Tropolog., via vite, est studium virtutis et legis Dei: via mortis, est peccatum, ac legis et voluntatis Dei prævaricatio. Ultramque concionatores sæpe populo ob oculos ponant, ut, cum multi sint vocati, pauci electi, cūque multi ingrediantur viam mortis, pauci viam vite: quisque amans salutis suæ, satagat cum paucis fugere de incendio Sodomæ, et quasi spoliū liberare et salvare animam suam, ut per viam vite ad vitam beatam et æternam evadat.

Secundō, et magis appositè: via vite est, subdere se cruci à Deo immissæ: via mortis est, ei reniti et oblectari. Unde Christus ait Matth. 16, 25: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me: qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Idem ait S. Joan. cap. 12, v. 25.

(2) DOMI REGIS JUDA, Sedecie, matri, uxorisque, filiis ejus. (Grotius.)

CAPUT XXII.

1. Hec dicit Dominus: Descende in domum regis Juda, et loqueris ibi verbum hoc,

2. Et dices: Audi verbum Domini, rex Juda, qui sedes super solum David: tu et servi tui, et populus tuus, qui ingredimini per portas istas.

3. Hec dicit Dominus: Facite iudicium et justitiam, et liberate vi oppressum de manu calumniantis: et advenam, et pupillum et viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè: et sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

4. Si enim facientes feceritis verbum istud: ingredietur per portas domus hujus, reges sedentes de genere David super thronum ejus, et ascendentes curus et equos, ipsi et servi et populus eorum.

5. Quod si non audieritis verba hæc, in metempso juravi, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc.

6. Quia hæc dicit Dominus super domum regis Juda:

s. s. XIX.

de stirpe Davidis, ferre sententias vestras manē, id est, sobrii et jejuni: cavere ne per ebrietatem corruptis iudicia. ERUITE, vel *liberate*. NE FORTE, etc., id est, ne graviter succenscam. OPERUM EORUM (1), operum vestrorum. Pronomen terlice persone, pro secunde.

VERS. 15. — AD TE, vel, *contra te* venturus sum. HABITATRIX VALLIS PETRÆ CAMPESTRIS, quæ habitas in valle, in petrā, in planitie. Jerusalem erat sita in rupe, juxta quam erat vallis: circum erant planities, propter planities erant montes; et hic erat situs urbis antiquæ minutissime: ac si dicat: Ne fidus huic loco quāquam naturā munito: nam mittam hostes qui te perdent. (Vid. 2 Sam. 5, 9.) DESCENDET, id est, castra metabitur, q. d., quis auferet nos oppugnare? (Pagninus, *confringet nos*: deduxit à cathath, *contritus* fuit) (2).

(1) JUDICATE MANE JUDICIUM, ET ERUITE VI OPPRESSUM DE MANU CALUMNIANTIS. Illud (*Judicate manē iudicium*) B. Hieron. sic intelligit: Invocate, inquit, manē iudicium, non in tenebris iniquitatis: sed in luce veritatis. Secundum quam expositionem (*manē*), significat lucem justitiæ: et sensus est: Judicate iudicium justum. Sed puto Hieronymum in eā expositione magis indulsisse metaphori, quā sensum literalem reddidisse. Mane enim in Scripturā sacrā frequentissimè ponitur pro equo est sedulo, diligenter, summo conatu et studio. Nam opus illud quod maxime nobis cordi est, prima luce aggredi solemus. Sic Isaie 50: *Erigit mane, mane erigit mihi aurem*, id est, frequentet et diligenter in aurem mihi insillat Dominus veram doctrinam, ut eo loco dictum est. Ita et ille: *Judicate manē iudicium*, id est, summo studio, et intentione animi judicium verum. (Esaius.)

(2) VISITABO, id est, reddam vobis secundum opera vestra, aut, fructum operum quæ seminatis. *Nam quæ seminaverit homo, hæc et metet*; ad Galat. 6, 8. IN SALTU EJUS, id est, in sylvā. Sylvam autem per metaphoram vocat ipsam domorum frequentiam et densitatem. Alii putant alududere ad domum Saltus Libani, quam Salomon edificavit, 5 Reg. 7, 2. R. David, et Jonathan potant sylvam vocari circumvicinas urbes, quæ quasi sylvas cingebant Jerusalem: quem sensum confirmant verba quæ sequuntur: *Et devorabit omnia in circuitu ejus*. (Maldonatus.)

CAPUT XXII.

1. Voici ce que dit le Seigneur: Descendez dans la maison du roi de Juda, et vous lui parlerez en ces termes:

2. Écoutez la parole du Seigneur, roi de Juda, qui êtes assis sur le trône de David; écoutez-la, vous et vos serviteurs, et votre peuple, qui entrez par les portes de la maison royale.

3. Voici ce que dit le Seigneur: Agissez selon l'équité et la justice, et délivrez de la main du calomniateur celui qui est opprimé par violence; n'affligez point l'étranger, l'orphelin et la veuve; ne les opprimez point injustement; et ne répandez pas en ce lieu le sang innocent.

4. Car, si vous conduisez de cette sorte, on verra passer par les portes de ce palais des rois qui seront de la race de David, qui s'assieront sur son trône, et qui monteront, eux et leurs serviteurs et leurs peuples, sur des chariots et sur des chevaux.

5. Si vous n'écoutez point mes paroles, je jure par moi-même, dit le Seigneur, que ce palais sera réduit en un désert.

6. Car voici ce que le Seigneur dit de la maison du roi de Juda: Tu es devant moi comme Galaad,